



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Conradvs Ep. 26. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

25. Nov.  
vit. Sed  
to etiam  
missionem  
atorum co-  
norabile,  
celo jam  
t D. Ba-  
impia-  
a senten-  
RIVM; à  
cruorem  
sit: Vi-  
Martyris  
Atque  
, que  
am eam  
umenta  
ne sorte  
r in de-  
perire os  
ent ecce

ART.  
RINAM  
ctorum  
gide aut  
o gladio  
xandrià  
sellate,  
capteva  
Christo  
in

25. Nov. VITÆ SANC TORVM: 579  
in arenam descendere. Et fassi sunt tot viri à vir-  
gine se vicos, & in flaminas abjecti, manus Deo,  
& palmam CATHARINÆ dederunt. Illuc CATHA-  
RINA etiam Imperatricem, quæ ad vincitam invi-  
tebat, carcerique præfectum Porphyrum cum suis  
premisit. Ipsa ultima cum tyranno commissa pri-  
mas tamen abstulit. Nam carceris tenebras cur  
non suspexisset, in quibus præsentem illi licuit  
Christum aspicere? Iam verbera ac plágas facilè  
tulit, cùm idem, ut promiserat, rubor suppedita-  
ret. Negatum verò undecim ipsos dies cibum  
potumque etiam contempserat, cùm commeatus è  
celo suppetteret. Quid? ingeniosam in tormenta  
rotam, velut melior fortuna calcavit. Denique  
vitum (ut nobilis ævi nostri Poëta ait) credidisset,  
nisi cùm caput ensis abstulit, virginem lac, quod  
pro sanguine fluxit, prodidisset. Meruit tanta vir-  
tus ab Angelis in monte Sina tumulari, & è tu-  
mulo hodie etiam CATHARINA oleum terris di-  
vidit; ut quod de suâ Pallade finxit antiquitas, de  
nostrâ sine mendacio possimus affirmare. Ex  
Metaphr.

Virgo Christus est, & Virginis filius, & virginem  
conjugem vult habere. Tu si habes Angelicam (plus  
dico vobis) Christi Matrisque sua gratiam, hilas-  
se, tripudia, & in amplexus Christi gestiens, illud  
anatorum clama suspirans; Osculetur me osculo  
vistai. S. Bern. in Euang. de 10. virg.

S. CON R A D V S E P. 26. Novembris.  
CONRADVS insulam Constantiensem accepit  
à D. Vdalrico Augustanorum Praefule. Fuit  
cum uterque coenam frugalem sanctis deo ser-  
nocinationibus aspergerent. Et erat is dies Iovi  
B. b. 2 dicatus.

S. Nov.

580 VITA SANCTORVM. 26. Nov.

dicatus, jamque protracto ultra mediam noctem colloquio is expiraverat, Venerique cesserat; cum fores nuntius pulsat, admittitur, auditur, & per me frusto ab inadvertente donatus dimititur. Nimirum, ajebat ille ad alios, hoc est, in veneris odium carnem edomare; simul carnem è sinu parabat producere, cum ecce pisces ostentat, jamque pisces suo magis mutus se ipsum damnat. Inambulabant alias animi causas, & cadentes ex alto Rheni aquas arbitrabantur; cum geminas inibi animas volucrem indutas torqueri cognoverunt. Vix pro his ad aram fecerunt, & ad caulos visse sunt evolare. Ceterum CONRADVS priusquam obiret, GEBHARDO nobili adolescenti sedem suam insidenti vates fuit, serio id post se facturū, quod nunc per ludum faceret. Dum ad aram sacrificat, delapsus araneus in calicem se infert. quid faceret; eodem poculo & vita & mors propinabantur. Bibit tamen, & imperterritus à sacris mensa accumbit. Ibi omnibus admirantibus ex ore araneus innoxius exit, merito pedem efferre jussus à mensa, quem invocatus intulerat. Ex Membran.

Eccles. Conf.

Opera misericordiae, affectus charitatis, sanctitas pietatis, incorruptio castitatis, modestia sobrietatis semper tenenda sunt; sive cum in publico sumus, sive cum in domo, sive ante homines, sive in cubiculo, sive loquentes, sive tacentes; sive aliquid agentes, sive vacantes. S. August.

B. SILVESTER CONF. 16. Novembri.

O Culos & aures advertite omnes Veneris columbi, & quam vox in aliis, in vobis alii depercunt faciem, in alignâ cum SILVESTRO templâ